

quando rebus nihil depereat, quae sine dubio in aliarum tractatione reddentur; nam plurifariam et de consulatu suo et de exilio et contra eundem Clodium locuturus est. Consideremus igitur . . .

(*Desunt XII paginae.*)

§ 15. . . . non esse deceptum hac simulatione Pisonis, quem penitus cognitum habuerit, propter generum suum scilicet C. Pisonem, qui erat ex eadem familia; sed populum vel maxime deceptum, qui vultui magis eius quam rebus crediderit, ut consulem designaret. Quod vero ait de 10 materno sanguine Transalpino, aequo plenius in ea oratione, quae in Pisonem habita est, continetur. Non vult ergo iudicio populi consulem factum videri, sed errore.

§ 16. L. Piso.

. . . Insectatur non tantum mores eius, sed etiam linea- 15 menta voltus et omnem habitum, quo gravitatem non praeferat, sed mentiatur. Oratio cum acerbitate stomachi concepta, ut ipsis verborum qualitatibus animus irascentis appareat.

Sed ne luctu quidem ac vestitu rei p. sub- 20 venire.

Cum decrevisset enim senatus vestis mutationem, videlicet adiuturus causam Ciceronis, ab iisdem consulibus